



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXVI. Item alia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XXV. CAUTIONES DIVER-  
so modo factæ.

**D**ominō mihi propitio illi, ille. Dum & ad meām petitio-  
nē, & necessitatē supplendo, ve-  
stra bonitas habuit, ut libram de ar-  
gento, derebus vestris nobis ad be-  
neficiū præstitistis. Ideo per hoc  
vinculum cautionis, spondeo me  
KL. illis proximis ipsum argentum  
vestris partib. esse redditurū. Quod  
si non fecero, & dies placitus mihi  
præfinitus transferit, pro duplo in  
crastinum me, aut heredes meos,  
vos aut heredes vestri, aut cui hanc  
cautionem dederitis exigendam,  
teneatis obnoxium. Facta cautio-  
ne ibi, sub die illo, Anno illo.

## XXVI. ITEM ALIA.

**D**ominō suo illi, ille. Constat  
me à vobis accepisse, & acci-

154 MARCVLFI MONACHI  
pere debere, & debeo, hoc est soli-  
dos tantos, pro quibus solidis quos  
post me retinuero, annis singulis,  
per singulos solidos, singulos trien-  
tes vestrīs partibus esse redditurum.  
Et si hoc facere contempsero, aut  
exinde negligens apparuero, ad  
duplum ipso loco vobis reddere  
spondeo. Et quomodo de mea  
proprietate ipsos solidos vestros  
reddere potuero, hanc cautionem  
a vobis recipiam.

XXVII. ITEM ALIA.

**D**ominō fratri illi, ille. Qua-  
tus necessitati meæ supplen-  
do, solidos vestros numero tārum,  
mihi ad beneficium prēstitisti. Ideo  
iuxta quod mihi aptificauit, taliter  
internos conuenit, ut dum ipsos so-  
lidos de meo proprio reddere po-  
tuero, dies tantos in vnaquaque  
hebdomada seruitio vestro, quale